



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Pensio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

628 PECCAT. MORT.
tione *Si Deus non prohibuisset*, non est mor-
cap.17. num.4.

Peccatum in spiritum Sanctum est con-
bonitatem, quæ spiritus Sancto attribuitur. Et
est sextuplex, Desperatio, Præsumptio, Im-
penitentia, Obstinatio, Impugnatio venti-
tis agnitæ, Inuidia fraternæ gratiæ. Dicuntur
irremissibilia, non quia non possunt remitti
si ad sit vera pœnitentia de eis: sed quia se-
cundum suam naturam repellunt principia
& media, quibus remittuntur peccata. cap.
23. num.12.6.

PECCATVM III. Veniale, est prius
legem, & non contra legem. Sed sic contra
legem æternam. Præl.7. numer. 16. Requiri
dolorem formalem, vel virtualem, & potest
esse dolor devno, & non de alio. c. 1. nu.16.

Potest validè absoluī à religioso non ha-
bente facultatem à prælato. Imò licet di-
modo non sit illi prohibitum per statutum
religionis, vel mandatum Superioris. cap.
num.1.

Peccatum veniale nunquam est licitum
nec ad vitandam proximi mortem. cap. 14.
num. 31. lit. D. Nouo num. 32. §.8.

Potest remitti sine mortali. No. cap. 3. n. 7.
PECVLIVM. vide Bona Castrensis. Pe-
cunia, vide tit. moneta.

A PENSIO est ius spirituale, aut illi annexum.

non antecedenter ut ius patronatus, sed dependenter, vel consequenter ad instar beneficij. cap. 23. num. 111. ad 13.

Pensio solita constitui super beneficia Ecclesiastica, non potest emi, vel vendi. ibid. vide Simonia II.

Potest emi gratis sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ: & redemptio erit nulla, & non obstante ea potest exigi pensio pro annis, quibus anticipata est solutione. cap. 23. num. 111. ad 13.

Filius illegitimus clericorum non potest habere pensionem super beneficiis quæ pater eius obtinet vel alias obtinuit. cap. 25. num. 117.

Non peccat coniugatus, qui auctoritate Apostolica accipit super beneficiis pensiones necessarias ad sustentationem sui status. num. 119. Potestque quis frui pensione à Papa sibi concessa, quamvis non seruiat Ecclesiam. ibidem.

Non est imponenda super fructibus Episcopatus habentis tantum summam mille ducatorum, nec parochialibus non excedentibus centum. num. 137.

Pensionarius personaliter consentiens constitutioni pensionis, si non soluit eam statuto dic, incidit in censuram, etiam ante

Rr 3 inti

630 P E R C V S S I O.
intimationem litterarum; secus si-conser-
tia per procuratorem.cap.27.num.271.

P E R C V S S I O.

A **P**ercussio clerici est triplex, Enormis, Mediocris, Lewis. Enormis est percussio violenta, qua quis deformatur, vel sit membrum inutile, vel quasi inutile ad sumum munus: & illa, ex qua effluit multum sanguinis (exceptis naribus vel alia parte, ex qua facilè erumpit sanguis) & illa, qua fit in proprium Episcopum vel Abbatem, vel causat magnum scandalum. Non est idem iudicium de quolibet excessu notorio, etiam facto in foro iudiciali, coram iudice, vel in Ecclesia, aut dormitorio, in facie vel oculo; nisi talis generet magnum scandalum. cap. 27. num. 92.

De percussione mediocri & leui habetur in extrauaganti cuiusdam summi Pontificis, qui fuit ante Innocentium IV. cuius tenor est hic.

Per lectis, &c. Respondemus, percussionem leuem esse pugni, palmi, mansus, pedis, digitis, aut baculi, aut lapidis, que nullam maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque absindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effu-

sion
quò
vng
sion
mea
perp
sem
cum
ēp a
rus,
inst
hic
se si
veg
hut
res,
neu
sion
quā
leda
N
cult
con
tali
auti
men
cap
P
fex